Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

finiret. Crisostomus. Sed propter quid non dixit quod cessans ab oratione venit illuc? Quoniam oratio illa fuit loquela propter discipulos facta. De nocte autem vadit ad flumen preveniens. et aperiat ad locum proditori cognitum. auferens his qui insidiabantur laborem. et ostendens discipulis quoniam volens ad mortem venit. Alchuinus. Dicit autem trans torrentem cedron. id est cedrorum genitivus grecus. Transit torrentem: qui de torrente passionis bibit. Ubi erat ortus. ut peccatum quod in orto commissum fuit: deleret. paradysus enim ortus deliciarum interpretatur. Crisostomus. Ne autem audiens ortum. eum occultari estimes: subiungit. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum: locum quia frequenter ihesus conveniebat illuc cum discipulis suis. Augustinus. Ibi ergo lupus ovina pelle contectus et inter oves alto patrisfamilias consilio toleratus. didicit ubi ad tempus exiguum dispergeret gregem. insidiis appetendo pastorem. Crisostomus. Multociens autem ibi cum discipulis ihesus singulariter conveniebat de necessariis loquens. et que non erat fas alios audire. Facit autem hoc in montibus et in ortis. maxime privatum a tumultibus inquirens semper locum. ne mens impediatur ab audicione. Ideo autem iudas illuc venit: quoniam multociens christus ihesus extra pernoctabat. Iussus autem ad domum: si putasset eum ibi invenire dormientem. Theophilus. Noverat autem iudas dominum festo tempore consuevisse semper docere discipulos aliquid sublime. Erat autem solitus docere hoc mistica in talibus locis. Et quoniam tunc dies erant sollempnes: arbitratus est illum esse illuc. et disserere discipulis que ad celebrationem spectabant. Glosa. Ostendat evangelista quo iudas ad locum ubi christus erat pervenire potuit: nunc ostendit. Iudas ergo cum accepisset co

Iudas ergo cum accepisset cohortem et a pontificibus et phariseis ministros. venit illuc cum lanternis et facibus et armis. Ihesus itaque sciens omnia que ventura erant super eum: processit et dicit eis: Quem queritis? Responderunt ei. Ihesum nazarenum. Dicit eis ihesus. Ego

hortem et a pontificibus et phariseis ministros venit illuc cum lanternis et facibus et armis. Augustinus. Cohors non iudeorum sed militum fuit. a preside itaque intelligatur accepta tamquam ad tenendum reum. servato ordine legittime potestatis. ut nullus tenentibus auderet obsistere. quamquam et manus tanta fuerat congregata et sic armata venerit: ut vel terreret. vel si repugnaret quisquam christum defendere auderet. Crisostomus. Sed quare cohorti suasserunt? Quia milites erant pecuniarum gratia omnia facere meditantes. Theophilus. Faces autem afferunt et lanternas ne latens in tenebris fugeret. Crisostomus. Multociens et alias miserunt comprehendere eum: sed non valuerunt. Unde manifestum est quod et tunc volens se ipsum dedit. propter quod subditur. Ihesus autem sciens omnia que ventura erant super eum. ~~sed ostendere volens quoniam cum presens esset~~ processit et dicit ad eos. Quem queritis? Theophilus. Querit autem non ut volens scire. nam utique